



Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse
Laptulajdonos: Katolikus Középkolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecunia dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 142-215).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1939-40. 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57,292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

Commercium epistolare.

Carissimi Lectores!

In animo¹ habeo,¹ hodie Vobis aliquid de domo Missionum ad Sanctum Emericum, Ginsii² sitā, breviter enarrare.

Haec domus Missionum vocatur Seminarium, quia omnes, in ea degentes,³ sacerdotes, et quidem sacerdotes missionarii ad convertendos populos paganos⁴ volumus fieri. Numerus alumnorum in hoc Seminario ultimis quattuor annis valde crevit. Anno 1935-36. fuimus 45. Nunc sumus hic 98, in domo Missionum «Nazareth» Budatétényensi sunt alumnorum 22. Ita sumus summatis 120.

Seniores, qui maturitatem gymnasii acquisiverant, in noviciatum Societatis Verbi Divini eunt,


qui est in domo Missionum ad Sanctum Archangelum Gabrielem (Mödling, prope Viennam). Ibi nunc sunt 24 clericorum Hungaricorum. Societas Verbi Divini habet 880 missionarios in regionibus paganis, ubi numerus catholicorum ex paganitate conversorum 880.000 est. Haec multitudo christianorum anno praeterito 6.000.000-ies ad Sacram Communionem accessit. In Missionibus messis multa est, operariorum autem sunt pauci. Ideo, qui vult missionarius fieri, veniat ad nos.

Salutamus vos omnes et exspectamus electos Domini

cum caritate fraterna
alumni domus Missionum ad Sanctum
Emericum, Ginsii.

¹ szándékozom = beabsichtigen = avoir l'intention de

² Kőszeg ³ viventes ⁴ pogány = Heide = païen



1. Missionarius Hungaricus Societatis Verbi Divini, P. Joannes Ternay S. V. D., in Sina. 2. Domus Missionum ad S. Emericum, Ginsii, et alumni ejus in scholam procedentes.

ISTITUTO DI STUDI
 L. D. DIOTEC
 INVENTARIATO AL N.°

Per.
Lat
020

LECTARIUS MINIMIS.

Jocosa.

1. Olim quendam vicum rex visit.¹ In foro dixit rusticis: «Ego sum rex. Dicite mihi querimonias² vestras! Ego eos expedio.»³ At omnes tacebant. «Cur non loquimini?» rogavit rex. Rursus omnes tacebant. «Ergo non habetis querimonias?» rogabat rursus. Denique quidam rusticus «Rex auguste, inquit, non audemus⁴ loqui. Tu enim, rex auguste, mox proficiscēris⁵, at iudex et scriba publicus hic manebunt».

2. Quidam puer interrogat patrem: «Quid est telegraphia?» «Animo⁶ finge⁶ talem anguem,⁷ cuius cauda est Budapestini, caput autem Parisiis. Si hic pede⁸ percūtis⁸ caudam, tunc Parisiis mordebit.» «Et quid est telegraphia sine filo?» — «Idem sine angue.»

3. «Dic mihi, puer, si hic longius procedam secundo⁹ flumine prope Danuvium, quo perveniam?» interrogat quidam peregrinus. — «Ad Pontum¹⁰ Euxinum»¹⁰ respondit puer.

4. Parvus Paulus cum matre conviva¹¹ est in quadam domo. Repente dicit Paulus: «Ecce mater, ibi in muro est cimex!»¹² Mater respondet ei: «Mi fili, hic non cimex est, sed clavus.»¹³ Paulo post exclamat Paulus: «Aspice mater, clavus abiit!»

Ladislav Balogh disc. Széchenyiani Bp.

5. Medicus quidam circiter mediā nocte e somno exterretur, quod aliquis ianuam pulsat.¹⁴ Oscitans¹⁵ surgit et clamat: «Quis est?» Respondetur: «Medice, veni statim, quia uxor mea murem¹⁶ devoravit.»¹⁷ Tunc ille: Et hoc mihi, inquit, dicis? Res simplex est: dic uxori tuae, ut felem¹⁸ devoret, quae murem devorabit!

6. A: Cur amicis tuis narravisti me stultum esse? — B: Me, quaeo, excusa. Nesciebam te hoc velle ut secretum¹⁹ celare.²⁰

C. Berlovitz disc. Lucanensis.

7. Marius redit ex schola vultu irā²¹ accenso²¹ et dicit matri: «Litigavi cum socio meo et verberavimus invicem²² nosmet ipsos». Mater blande interrogat: «Quid? Non meministi me tibi saepe dixisse: si quis alteram tibi percūtis²³ genam,²⁴ debes porrigere ei alteram? «Filius: Ita est, sed socius meus mihi nasum²⁵ percussit, et nasum habeo solum unum.»

8. Mater invenit Petrum, qui volutatur²⁶ per humum, et: «Quid facis?» — clamat ei. Filius respondet: «Nihil insolitum, mater. Oblitus²⁷ sum²⁷ miscere medicinam ante-quam biberem, misceo nunc eam in stomacho.»²⁸

Valerius Storni disc. Lucanensis.

¹ meglátogat = besuchen = aller voir ² panasz = Klage = plainte ³ elintéz = erledigen = porter remède à qqch ⁴ mer = wagen = oser ⁵ elutazik = abreisen = partir ⁶ elképzel = sich vorstellen = s'imaginer ⁷ kigyó = Schlange = serpent ⁸ rátapos = darauffreten = marcher sur ⁹ mentében lefelé = stromabwärts = au fil de l'eau ¹⁰ Fekete-tenger = Schwarzes Meer = la Mer Noire ¹¹ vendég = Gast = visite, invité ¹² poloska = Wanze = punaise ¹³ szeg = Nagel = clou ¹⁴ kopog = klopfen = frapper ¹⁵ ásítva = gähnend = en bâillant ¹⁶ egér = Maus = souris ¹⁷ lenyel = hinunterschlucken = avaler ¹⁸ macska = Katze = chat ¹⁹ titok = Geheimnis = secret ²⁰ eltitkol = verheimlichen = cacher ²¹ haragra gyúlt = zornglühend = rouge de colère ²² kölcsönösen = gegen-

seitig = mutuellement ²³ megüt = schlägt = frapper ²⁴ arc = Wange = joue ²⁵ orr = Nase = nez ²⁶ hempereg = sich wälzen = se rouler ²⁷ elfeledtem = vergessen = oublier ²⁸ gyomor = Magen = estomac

I. P. Hebel: Iter mirabile. Pater quidam asino domum vehebatur¹ est et filius iuxta eum pedibus ibat. Mox obviam² quidam eis venit et: «Pater, inquit, hoc non rectum est! Tu asino veheris et filium tuum pedibus ire sinis. Tu enim membra validiora habes». Ergo pater descendit et filius conscendit. Brevi tempore post alius viator venit et dixit: «Hoc non rectum est, puer! Tu iunior et validior es et sinis seniore et infirmiore patrem tuum pedibus ire!» — Tunc pater quoque conscendit asinum, qui nunc duos portabat. Mox iterum alium viatorem convenerunt.³ Is maledixit eis et clamavit: «Non pudet⁴ vos?⁴ Duo viri graves in infirmo animali!» — Tum igitur ambo equites descenderunt et iuxta asinum sinistrā et dextrā ibant. Tandem obviam ierunt homini quarto. Is risit eos et: «Vos equidem, inquit, stulti estis. Unus enim vestrum⁵ possit asino vehi!» — Nunc igitur colligaverunt pedes asini, inter quos fustem magnum immiserunt⁶ et bestiam in suo ipsorum humero domum portaverunt. — Ex hac fabula discimus omnibus hominibus satis facere impossibile esse.

Aurelius Zajta disc. Keszthelyiensis.

¹ lovagol = reiten = aller, se. rendre (à cheval) ² szembe = entgegen = en face ³ találkozik = treffen = rencontrer ⁴ szégyenlitek magatokat = schämt euch = vous n'avez pas honte? ⁵ közületek = von euch = de vous ⁶ áthúz = durchstecken = passer, introduire

Ioannes Szilárd: Apud medicum. Domum medicī intrans quidam senex rusticus dives: «Salve!»¹ — inquit. Tum sedet et queritur, quod valde tussit,² quo ita deminuebatur vis vitae, ut in lucerna³ linamentum.³ Medicus exiit⁴ eum veste⁴ et inspicit. Tundit pectus rustici, exaudit tergum, spectat fauces et tandem interrogat eum: «Quot annos habes?» «Auxilio Dei septuaginta quinque» — respondet senex. «Pulchra senectus, valde pulchra senectus!» — verberat humeros rustici medicus. Mox ita continuat: «Habes sputamen?»⁵

Sputamen, sputamen, — meditatur in se rusticus; — quid sibi vult haec vox: sputamen? Nunquam in vita audivi. — Suspiciosus aspicit medicum et cogitat secum.

«Habesne sputamen?» — repetit voce maiore medicus. «Habeo» — respondet aegrotus haud⁶ vanā⁶ de se⁶ persuasione.⁶ «Multum?» rogat medicus. «Multum» — annuit senex. «Hm... hm... — agitat⁷ caput medicus. — Hoc malum est, care domine. Hac tuā senectute iam non est res iocosa. Vero, si consanescere⁸ vis, parēre mihi in omnibus rebus debes. Intelligis?» «Certe», gemit rusticus. «Nunc domum ibis et procumbes — continuat medicus. — Scribo tibi quandam medicinam, qua uteris ter quotidie, mane, meridie et vespere. Intelligis?»

«Certe» dicit inquiete⁹ sedens⁹ senex. «Praeterea omni vespere quandam vestem humidam tor-

¹ jó napot = guten Tag = bon jour ² köhög = husten = tousser ³ lámpabél = Lampendocht = mèche de lampe ⁴ levétköztet = auskleiden = déshabiller ⁵ köpet = Auswurf = crachat, expectoration ⁶ önértettel = mit Selbstgefühl = avec une certaine fierté ⁷ csóvál = schütteln = secouer ⁸ meggyógyul = genesen = guérir ⁹ fészkelődik = sich (unruhig) hin und her bewegen = s'agiter

quebis circa pectus. Et postea nec fumare,¹⁰ nec vinum potare licet. Intelligis?» «Certe» gemit patiens. «Ergo Deus benedicat tibi! — porrigit¹¹ dextram¹¹ medicus. Dextrā datā rusticus inclinat caput in pectus et tacito maerore it ad ostium versus. It, it, iterum constitit. «Domine! — inquit — si omni modo me mendicum¹² vis facere, tantum illud dic, quid sit sputamen?»

Ludovicus Hekli disc. gymn. Acad. Bp

Mathias rex et avarus. Homo avarus mortem fratrum suorum lugebat, quibuscum male vixerat,¹³ sed nunc hereditatem accepit. Rex causam tristitiae ab eo quaesivit. Avarus lacrimas effundens querebatur¹⁴ et sortem tristem fratrum suorum narravit. «Dic, — interrogavit rex — cito aut sero tibi haec miseria contigerit?»¹⁵ — «Sero», respondit avarus. — «Statim in animo¹⁶ cogitavi!»¹⁶ — inquit rex — tu velis, fratres tui iam pridem mortui essent, nam tum bona eorum iam prius occupavisses.»

Alexandrina Kolb disc. Angelani Bp.

¹⁰ pipázni = rauchen = fumer ¹¹ kezetnyujt = die Hand reichen = tendre la main ¹² koldus = Bettler = mendiant ¹³ élt = hatte gelebt = avait vécu ¹⁴ elpanaszol = klagen über = se lamenter ¹⁵ ért (sújtott) = widerfahren = frapper ¹⁶ gondoltam = ich hab's mir gedacht = je l'ai bien pensé

LECTORIBUS MEDIIS

Nuntii recentissimi.

Ijits Petrus Tsajkovszki auctor musicus Russiae clarissimus ante centum annos natus est, Quamquam vita eius honorum eventuum¹ plena erat, et ab imperatore Russiae tanta beneficia² accipiebat, ut sine cura vivere potuerit, tamen totam vitam animo iniquo³ egit. In operibus eis elementa tristia lyrica sunt naturae⁴ auctoris consentanea.⁴ Multorum dramatum musicorum⁵ maxime «Onegin» «Virgo Aureliana»⁶ et «Mazeppa» nota sunt. Opera symphonica eius in toto mundo audiuntur, in quibus, sicut in sonatis et nocturnis, nobis summa altitudo animi humani apparet. Opera eius aeterna sunt. Tsajkovszki unus est ex hominibus paucis fortunatis, qui iam, dum vivunt, noti sunt. Cum 53 annos natus e vita excessit, tanto apparatus⁷ ei funus⁷ factus⁷ est, quantum Russia caesarea numquam antea vidit. Nos quidem Hungari maxime symphoniam «patheticam» eius amamus.


Nicolaus Tállyai disc. Schol. Piarum Bp.

¹ siker = Erfolg = succès ² kegydíj = Gnadengehalt = pension ³ rosszkedvű = unwillig = de mauvaise humeur ⁴ jellemző = charakteristisch = caractéristique ⁵ vulgo: Opera ⁶ Orléans ⁷ pompás temetést rendez = ein prächtiges Leichenbegängnis veranstalten = faire des obsèques somptueuses magnifiques,

Norvegis Britanni auxilium tulerunt et conati sunt Germanos expellere. Charta geographica nostra monstrat loca, ubi mense Aprili exeunte¹ pugnatum est. Copiae Britannorum Germani resistere nequeunt redierunt in patriam suam.

Russi in Polonia occupata — ut ephemeris «Corriere della Sera» nuntiat — 23.000 Polonorum aruditorum — quales sunt professores, scriptores, actores² — in custodiam dederunt, quos sors incerta manet. Iidem Russi athei de sex Polonis

supplicium³ sumpserunt,³ qui in missore radio-phonico Vaticano audiendo deprehensi⁴ erant.



Quorum maxima natu, Anna Stariz, annum iam 80-um agebat.

Guilelmus Dörpfeld perclarus archaeologus Germanicus, quo adiuvante quondam Schliemann Olympiae Troiae Mycenis ruinas excavando⁵ nominis famam adeptus erat, 84 annos natus in insula Leuca, quam Ithacam esse putans domicilium sibi elegerat, mortem obiit.

Mercatus vernus⁶ internationalis Budapestinensis quamquam bellum furit, tamen ingentem multi-



tudinem attraxit. In imagine nostra gubernator Nic. Horthy ante aedificium Helvetiae ambulat.

¹ végén = Ende = fin ² színész = Schauspieler = acteur ³ kivégez = hinrichten = exécuter ⁴ rajtakap = ertappen = attraper ⁵ kiás = ausgraben = déterrer ⁶ tavaszi vásár = Frühjahrsmesse = foire de printemps

De ventis antiquitatis.


Quid est ventus? Omnes possumus hoc interroganti respondere. Ventus motus aëris est, qui calore solis aëra calefactum ad se in altitudinem sublevantis efficitur. Quae res in antiquitate longe aliter fieri putabatur. Antiqui acri animo¹ et

¹ vulgo: phantasia

intento crediderunt ventos semideos validos esse. In libro primo Aeneidis Vergilii legitur, quomodo antiqui sibi ventos ante oculos² animumque² propesuerint.² Venti in patria procellarum, in monte cavo habitabant. Rex eorum Aeolus erat, qui vigilabat, ne venti ex carcere erumperent, nam omnes timebant ventos, qui vinculo se liberaverunt et aequora terrasque tempestatibus perflaverunt. Etiam Aeneam venti a Sicilia Carthaginem pepulerunt. Econtra quantā voluptate legimus in Metamorphoseon libro Ovidii:

«placidique tepentibus³ auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.»

Non solum in Aeneide, sed etiam in vita antiquorum venti saepe memorantur, tum enim venti naves agebant, ergo rebus nauticis magni momenti⁴ erant. Tabula ventorum haec est:



Quattuor gravissimi ventorum sunt: Zephyrus, Aquilo, Eurus, Notus.

Elisabetha Vaktor, disc. Kaposvariensis.

² elképzel = sich vorstellen = s'imaginer ³ langyos = lauwarm = tiède ⁴ jelentőségű = von Bedeutung = d'importance

Et in terra pax... (2)

Scr.: *Fr. Herczeg. Latine reddidit: Ios. Guelmino Bp.*

Tramen³⁷ sensim³⁸ lentius quassabatur,³⁹ tandem semel bisve concussum restitit, mox rursus omnes collegit vires, frustra, et immobile remansit. «Ecce, iam iterum retenti sumus», murmuravit conductor traminis (scilicet illum quoque manebat alicubi arbor⁴⁰ quaedam natalicia).⁴⁰

— «Et quantum morabimur hic?» — interrogavit Ioannes. — «Fortasse usque ad lacem,⁴¹ donec telegraphafice mittetur quoddam aratrum⁴² niverribulum.⁴²» — Et ubinam sumus proprius.⁴³ — «Decem chilometra absumus a vico Szent miklós.»

Ioannes umbellā⁴⁴ ex duabus manibus factā expexit per fenestram. Ibi foris tenebrae nihil aliud sunt, quam silva vici Szentmiklós. Si tramine descendens pedibus transierit silvam, triginta minutis post domi erit. Res opportunissima!

Et iam vasa⁴⁵ colligebat.⁴⁵ Ductor traminis sarcinam⁴⁶ in statione ferroviaria⁴⁷ deponat, ipse cum theca flava solus domum iturus descendit.


*

Tunc iam unā considerat familia. «Non est, quod timeamus, — dixit frater Ioannis — praefectus stationis ferroviariae nunc ipsum misit nuntium, citatissimum haesisse⁴⁸ quidem in nive, sed horā post certe in statione ferroviaria fore.»

Arbor natalicia iam exornata stabat in angulo, candelae autem tunc accenduntur, si et ille aderit. In conclavi⁴⁹ vicino iam exstructa⁵⁰ erat mensa epulis⁵⁰ et super linteum Damastum⁵¹ niveo colore vasa argentea et crystallina fulgent et sponsa visco⁵² ornat lampadem pendentem.

— Mane duo Britanni in deversorium⁵³ ad Coronam⁵³ pervenerunt — incipit sponsus, nebulo ille amabilis — et de Ioanne sciscitabantur. Caupo⁵⁴ praefectos⁵⁵ militum⁵⁵ esse suspicatur⁵⁶ eos, qui mercatores se indicabant.

Foris sonat tintinnabulum⁵⁷ et sponsa telegramma refert, hodie iam quartum. Parisiis venit.



Cathedralis Strigoniensis (pag. 103).

— Magnae aguntur res — constituit frater Ioannis.

— Quas ego semper praesentebam, — dicit mater voce summissā.⁵⁸

— Et ille venit nos visitatum, reicit res mille maximi momenti, ut nobiscum deget⁵⁹ vesperam sanctam. Quid nos illi dare possumus? Quid dicere? Qui adeo superavit nos...

Hoc frater Ioannis dixit, sed non pergit, quia vox commotione deficit⁶⁰ eum.

— Semper modestus erat — continuat mater — filius, frater optimus et ideo benedixit ei Deus.

Finis sequetur.

³⁷ vonat = Zug = train ³⁸ észrevehetően = allmählich = sensiblement ³⁹ zötyög = oft erschüttern — secouer, cahoter ⁴⁰ karácsonyfa = Weihnachtsbaum = arbre de Noël ⁴¹ reggelig = bis an den Morgen = jusqu'au matin ⁴² hóeke = Schneepflug = chasse-neige ⁴³ tulajdonképen = eigentlich = au juste ⁴⁴ ernyő = Schirm = visière ⁴⁵ ká-szálódik = sich aufmachen = se préparer à sortir ⁴⁶ poggyász = Gepäck = bagage ⁴⁷ vasuti = Eisenbahn = ferroviaire ⁴⁸ megakad = stecken bleiben = être arrêté ⁴⁹ szoba = Zimmer = chambre ⁵⁰ megterít = decken = dresser, mettre ⁵¹ vulgo = damast ⁵² fagyöngy = Mistel = gui ⁵³ Korona-szálló = Gasthof zur Krone = auberge de la couronne ⁵⁴ vendéglős = Gastwirt = hôte, hôtelier ⁵⁵ katonatiszt = Offizier = officier ⁵⁶ gyanít = vermuten = soupçonner ⁵⁷ csengő = Klingel = sonnette ⁵⁸ halk = leise = basse ⁵⁹ eltöltöni = zubringen = passer ⁶⁰ elcsuklik = versagen = étouffer

De morte speculatoris. (3)

Scripsit P. M. Leheux. Latine reddidit: Soror M. Anna Beneze I. B. M. v. prof. thygatrogymnasii Aegopolitani.

Manibus meis fovendo¹ manus eius angore frigidas, suaviter alloquor eum: «Care mi frater! mors initium est vitae. — Obstupefactus me intuetur. — Care mi frater, nonne tu credis? Confide omnia Iesu: Memento divini amoris, bonorumque quae promissa sint. Iesus te ad se venire iubet, ut te beatissimum reddat. Revera in video tibi, crede mihi, si existimem cras te cum Eo futurum esse in coelo, felicemque fore, supra modum felicem. Cum Eo, qui te amat, qui medebitur tormentis tuis. Revera mori nihil aliud dici potest, nisi vivere coepisse, et quidem vivere veram vitam nostram aeternam, semper vivere in excelsis. Mox autem rursus videbis uxorem filiosque tuas. Parvi nostrā refert,² quot annorum in hac vita consumamus mortem expectantes!»

Ecce sensim solvitur rigor vultus, aspectusque serenior fit. Quasi vox³ repercussa³ iterum iterumque repetit, oculis nescio quem somnum videns: «Mors vitae initium est, in coelo erit patria mea semper, et hoc verum est, revera mori est vivere». Lacrimarum guttae labuntur ex oculis per genas, dum mihi surridens gemit: «Mori est vivere. Valde te amo⁴ — ait dextram suam meae iniungens, — valde te amo mi frater! Non nego, quin lacrimas effundam, sed huius rei me minime pudet, quia gaudio commotus consolatusque deploro, gratias ago!»

Diu, ut fratrum est, communi fide, qua in Deo uniti sumus, colloquimur de Deo, de coelo, de amore, de vita, rebusque sublimibus suavissimisque, atque de rebus sempiternis, ad quas attingendas Deus corda creavit eorum, qui amare possunt. «Precor⁵ tibi noctem placidam, — respondit salutationi meae, — cras beatus ero. Gratias ago.»

Postero die etiam sol canus, radiis abditis, taediique plenus surrexit quasivero scivisset! Agmen iam conglomeratum est in hypogeo,⁶ ut carcerem intraret. Cuspides crudeli quodam fulgore micant pugionibus⁷ Baionensibus⁷ prae-fixae sub fornicibus humidis. Intro. Erhardus componit mystacem.⁸ Os eandem pacem intimam respundet, quam heri vespere vidi. Interrogavit, tempus adessetne. Tempus salutis — addidi submissa⁹ voce.

«In Vitam intraturus sum. Valde te amo. Vere frater bonus mihi fuisti.» Exire eum iussi. Me praeteriens murmurat: «Ora pro me!»

«Loqui velim cum tribuno» — dixit mihi foras. Ipse appropinquat. «Peto, ne oculi mei vinciantur, haud nescio mori.» —

— «Bene» — responsum est.

Agmen passibus acceleratis processit. Erhardus animo promptus, medio agmine solus, nil aspiciens progreditur, iam odio hostium separatus est, iam hostis existit. Homo infortunatus est, qui morti appropinquat, subitque umbris Orci, quae in angulo areae eum manent. Infortunatum esse eum crederem, si nescirem animam eius, hac lacrimarum valle relictā, sublimiorem vitam agere, si non audirem etiam nunc eodem placido vultu susurrare: «Mori est vivere!»

In angulo serenus atque tranquillus constitit, turbam decem passus distantem spectans. Succenturio¹⁰ rauca voce milites gradum sistere humerisque¹¹ contegere¹¹ iubet. «Oculos vestros in cor meum dirigite, neve in faciem.» — Lumina¹²

claudit, ut vires animi postremo colligat. Oculis rursus apertis, aspectus nostri decussantur.¹³ Risus lenis translucet os oculosque somno coeli plenos. — Acies, deure!¹⁴

Erhardus palmas ad coelum tendens clamat: «Patria super...» Horribili fragore scinditur aër. Corpus collabitur, crura deficit vis, nil nisi cumulus deformis videri potest. Donec vivo, semper reminiscar cuiusdam taedii vitae, quod vultus morituri expressit. Anima «fratris mei» iam corporis vinculo liberata verae vitae arridet.

Graviter commotus murmuravi: «Requiescat in pace!» Sepultus est in vico. At diebus nostris in quodam conventu Belgico «fratris sui speculatoris» memor monachus senex sacra celebrat pro quiete animae eius.

¹ melenget = wärmen = chauffer ² érdekel = es geht jmden an = importe ³ visszhang = Echo = echo ⁴ gratias tibi ago maximas ⁵ kíván = wünschen = souhailer ⁶ pince = Keller = souterrain ⁷ szurony = Baionett = baïonnette ⁸ bajusz = Schnurrbart = moustache ⁹ halk = leise = basse ¹⁰ főhadnagy = Oberleutnant = lieutenant ¹¹ fedezni = sich decken = se couvrir ¹² oculos ¹³ keresztekik egymást = sich kreuzen = se croiser ¹⁴ tűzelj! = Feuer! = feu!


F. A. Brunklaus: Si Paulus

In Latinum convertit: Ioannes van Heugten, discipulus Kaatsheuvelensis.

*Catholici diarii*¹ ostium pulsatur secretarii.¹ *Scriptor Romanus cum principe*² moderatore² colloqui ardet amore. Ostium pulsatur: Paulus Tarsensis in storea³ stat. — «Considas velim. Quod tibi nomen? Quid vis?» — Paulus Tarsensis. — *Diurnarius*⁴ esse vult. Peragravit multas terras. Multas scripsit et epistulas, in omnes linguas versas. — *Ut moderator eas inspicit, aridens iuxta se deposuit: Iuvenis! Iuvenis! Ineptus*⁵ vir! Hem! Sane, gymnasii discipulus et ego eram tunc apostolus: homo popularis⁶ turbulentus!⁶ Verum illud est remotum intra annum nondum totum. Utcumque res se habet, nomen tuum enotabo et in libro asservabo. Ceterum spes maior alibi⁷ est tibi, modo consectoris diligentem ibi.»

Paulus Tarsensis in storea sic stabat, dum in domo crux Domini pendebat: quam quis recensendam aliquando miserat.

¹ szerkesztőség = Zeitungsbureau = rédaction ² főszekesztő = Chefredakteur = directeur ³ gyékény = Matte = natte ⁴ újságíró = Journalist = journaliste ⁵ taptatlan = taktlos = indiscret ⁶ auctor: democrata Tolstoianus ⁷ auctor: apud ephemeridem Christianam



P. Tsajkovszki (pag. 99).



Pater B. Bangha (p. 103).

Nova pittance in Hungaria edita sunt, quorum pretium: 20 nummuli (fillér) singulis pengoenibus augentur, ut magnae multitudini miserorum



damna,¹ qua inundationes attulerant, restitui possint. In hoc pittacio miles Hungaricus corpore suo defendit aggerem, pone quem mater cum liberis suis stat.

¹ kárt megtérít = den Schaden ersetzen = réparer le dommage

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Iuventus pro pace.

Ex epistola Suae Sanctitatis *Pii Papae XII.* ad Eminentissimum Cardinalem *Maglione* secretarium status die 15 mensis Aprilis missa, de precibus Maioribus pro pace impetranda, praesertim ab iuventute fundendis.

«Peculiari modo optamus, Dilecte Fili Noster, ut iterum per proximum mensem candidae puerorum puellarumque multitudines supplices stpent sacras Virginis aedes; eademque deprecatrix ac sequestra pacis, populis ac gentibus omnibus a Deo pacata tempora impetrent. Ad altare caelestis Matris cotidie convenient, ac, positis genibus elatisque manibus, cum precibus flores offerant, flores ipsimet mystici Ecclesiae viridarii. Magnam Nos utique in eorum supplicationibus spem reponimus, quorum «angeli... semper vident faciem Patris» (Matth., XVIII, 10), quorum aspectus ipse innocentiam redolet, et in quorum vividis oculis aliquid

videtur caelorum luminis refulgere. Novimus enim Divinum Redemptorem peculiari eos caritate complecti, ac sanctissimam eius Matrem teneriore eos benevolentia diligere; novimus insontium preces superna penetrare, divinam exarmare iustitiam, ac caelestia sibi ceterisque impetrare munera.»

Ad Belam Bangha S. I.

doctorem vitae vere christianae immatura morte abreptum, cuius allocutio latina Catholicis orbis terrarum ad congressum Eucharisticum Budapestinensem invitans in ephemeride nostra (pag. 133, m. Maio a. 1937) edita est.

Non te ornavit purpura, nec tituli decus unquam attulerant, tibi enim proposuisti aliud.

Re vera tu simplex ille sacerdos eras, qui principibus similis regnum animarum habet.

Vox tua permultos delectavit, docuisti multo plures, qui vitam perpetuam

credunt, at nunc doctorem amissum benedicunt te omnes orantes: sit tibi terra levis!


I. Wagner Bp.

Librorum recensio.

Josephus Waigand dr.: *Missiones Indiarum Orientalium.* Dissertatio ad Lauream in Facultate Missiologica Pontificiae Universitatis Gregoriana. Budapest, 1940. Pag. 132. — Iosephus Waigand hoc libro statum Missionum Indiarum Orientalium tempore Visitationis Apostolicae Clementis Bonnard, vicarii apostolici Pondisherryensis, id est circa annum 1860 litteris et monumentis, quae ad visitationem pertinent, collectis et adhibitis accurata descriptione exposuit. Omne opusculum in partes quattuor divisum est, quarum prima agit de perturbatis rebus Missionum Orientalium medio XIX saeculo, de visitatione apostolica, de statu religioso et politico Indiarum Orientalium tempore visitationis apostolicae, secunda complectitur: ordines et congregationes in Missionibus Indiarum, missionarios Europaeos et indigenas, tertia tractatur de quaestionibus territorialibus inter vicariatus, bonis ac redditibus Missionum, scholis aliisque institutionibus, conversione infidelium et vita christiana, quarta continet: distinctionem socialem «Castarum» inter catholicos, mores gentium et religionem catholicam. Corollario exponuntur proposita vicariorum Indiarum, valor et effectus visitationis. Appendice continentur documenta. Hoc opusculum licet imprimis in usum theologorum compositum sit, attamen lectio eius etiam laicis hominibus commendari potest.

Carolus Acs Bp.

Rev. S. M. Stephenson Carolo Acs gratias agit pro pulchra recensione (pag. 85) et declarat haec: 1. Colloquia grammatica longiora sunt, nam discipuli cetera tantum legentes haec memoriter discunt, aliter enim scholae latine haberi non possunt. 2. «Paragraphus», uti Forcellini



Collegium Iosephinum (Worthington, Ohio), ubi Rev. S. M. Stephenson nunc munere professoris fungitur.



docet, cuius auctoritas inter glossariographos plurimum valet, utriusque generis est, tamen praefert genus masculinum. 3. Ad vocem «perendinas»: latine recte est scriptum, sed typhotheta omisit in explicatione anglica ante ultimum vocabulum haec: «day before».

Carmen salutatorium.

Rev.-mo Domino Albino Balogh doctori, rectori gymnasii Strigoniensis Ordinis S. Benedicti dedicatum.

Gaudia sunt puerili aetati, multa quidem sunt,

Ludere enim malunt: discere difficile est.

Nos, quibus est aetas provector, et iuvenes,
et seniores: non gaudia neglegimus.

Nunc quoque gaudemus, cum conveniunt tot amici,
asseclae Christi undique Hungariae.

Nam quotiescunque hic grex convenit, illa dies haud
immemorabilis est partibus cunctis.

Cur citharam mi, Musa dedisti, qua celebrarem
*Pegasum insiliens Ascensum Domini?*¹

Non alias egomet solitius sum pangere versus,

at nunc me inspiras, carmina ut pangam.

Cantabo hanc antiquam urbem, quam glorificando
historiam patriae nunc renovare volo.

Aurea prima sata est aetas tum, cum Stephanus rex
imperium Hungariae obtulerat Mariae.

Hic quondam reges nostri sedem posuerunt
et populo leges iuraque multa dabant.

Iam tunc aedificata est moles regia, cuius
partes effossas nos quoque miramur.

Exstincta gente Arpadi ducis irruit ingens
vis nova Turcarum barbara in Hungariam.

Copia sanguinis est effusa diu patriae pro
finibus audacter, heu, morientium hic.

Ille Balassa Valentinus quoque hic cecidit tum:
vates Musarum et virtutis monitor.

Talibus exemplis debetur gratia magna:
atroces Turcas denique Cruz pepulit.

Nostra fides accepit honorem, Strigonium iam
libera urbs erat et floruit in patria.

Széchenyi archiepiscopus ille Georgius est, qui
Turcis expulsus urbem gymnasio

donavit, cuius fruimur nunc hospitio omnes
feminae sociae collegae atque viri.

Aurea dicenda aetas altera Strigonii, qua
illa cathedralis condita in arce aedes

est clarissima. Sunt monumenti haud interituri
auctores meriti tam bene de patria:

purpurei² tres pontifices, nam Rudnay primus
aedificavit, post hunc Scitovszky erat,

qui consecravit, perfectit denique magnum
hoc opus augustum³, cui Simor est nomen.

Moli perfectae Franciscus musicus auctor
Liszt pulchram imposuit ille coronam tum:

«Missam Sollemnem». At nunc aurea tertia aetas
Strigonii illuxit: non est pallidior

illis ambabus, nam Principe Primale nostro
Iustiniano de gente Serédiaca

aucta est patria nostra resurgens, cui benedixit
Petri successor Hungariae peramans.

Sancte Pater, Pius, olim nobis huncce patronum
cum donavisti, tum benefecisti:

sis igitur benedictus! Noster Iustiniane
longaevus felix nos quoque semper ama!

Ordo autem, cui Tu decori es, Sancti Benedicti,
qui hospitio Hungarico accipit hic nos nunc,

Vivat, crescat, floreat usque Deum patriamque
atque sodales laude immensa cumulans.

Die 2 m. Maii

Jos. Wagner dr.

¹ Áldozócsütörtök = Christi Himmelfahrtstag = l'Ascension ² Cardinales ³ vide imaginem: pag. 100

AENIGMATA

Solutiones aenigmatum numeri VII.

1. Sit, ita, tam. — 2. Casa, abit, sine, ater. — 3. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. — 4. S, is, sis, es is, ensis, mensis. — 5. In hoc signo vinces. — 7. Lyra, pyra.

6. Crucigramma.

I	O	C	U	S	●	I	U	S
U	S	U	S	●	I	U	N	O
V	I	D	U	A	●	S	A	T
E	R	O	R	●	U	T	●	E
N	I	●	A	N	N	I	●	R
T	S	U	●	O	C	T	O	●
U	●	N	U	N	T	I	U	S
S	N	U	X	●	I	A	M	●
●	I	S	●	●	O	M	E	N

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: V. Hoffmann, S. Kálmán, H. Korompay, G. Margittay, J. Pukánszky, E. Somogyi, Au. Turner, S. Wittinghof, P. Cholonoky, H. Eckhardt. Gr. Kerényi, E. Kis, M. Kossaczky, J. Németh, M. Pieke, G. Schlosser, I. Vaskó, L. Faust, I. Fáy, V. Árvay, M. Bartha, E. Böhm, Cl. Göbner, N. Horváth, Ae. Pokorny, F. Rosslaw, I. Ruitz, E. Madocsay, S. Pollacsek, E. Ungváry (*Szilágyianum**), G. Moldoványi, T. Barteky (*Werbőczyanum*), E. Bányai, M. Blándi, M. Dischka, M. Göntér, A. Salamon, Ae. Bárány, A. Králik, S. Mihályi, H. Trombitás, E. Bauer, H. Vogt, O. Háromszéky, M. Pach, M. Szalay, A. Takáts, B. Varga, J. Bertalanffy, S. Bachó, E. Kolb, M. Nizsalovszky, M. Prikkel, Cl. Szalay (*Angelanum**), St. Székely, Frater Mayer, E. Scheily (*gymn. Archiep.*), I. Kovács, M. Klein, A. Stiller, M. Rezső, M. Lewinger (*Veresianum**), I. Mosonyi (*Giselanum**), P. Tolnay, G. Binder, E. Szabó (*Scholae Piae*), G. Sulczer, G. Gonda, G. Révész, M. Szabó, J. Vida, R. Wimmer, G. Gárdos, A. Dervarics, G. Germinus, Fr. Kállai, A. Szabados, E. Bamberger, P. Bornstein, M. Roger, A. Weisz, L. Kovács, A. Gyürky, Fr. Frankl, A. Pollák, T. Rehberger (*Bolyayanum*), A. Samarjay (*Theresianum**), E. Rosner, P. Konrád, P. Resofszi, G. Fabinyi, L. Keleti, J. Sákovits, St. Barna (*gymn. IPEA*), E. Binder, M. Grabits (*Sophianum**), S. Löwy (*Zrinyianum**), E. Noé (*Ladislainum*), St. Gátszegi, L. Hitesy, J. Katona, Z. Újfalussy (*Emericianum*), C. Grabits (*Stephanum*) *Budapestinenses*. — J. Kráhl *Bajanus*. E. Réti, St. Vida, J. Neun *Dombóvárienses*. P. Trillsch, G. Vongrey, Z. Babocsay, St. Csák, A. Halka, L. Korponai, St. Péteri, N. Simon, A. Veres, E. Erhardt, A. Pomozi, J. Oláh *Agrinenses*. M. György, L. Bolla *Strigonienses**. O. Waldner, J. Szó, Fr. Csépany *Gyöngyösienses*. A. Borbély, J. Héjja, E. Kákonyi, E. Molnár, C. Osgyáni, P. Straub, *Colocenses*. J. Balázs, St. Börscök, C. Imgrund, A. Kamarás, C. Lehoczky, R. Zalán, St. Zsembery, St. Horváth, C. Gyenizse, C. Lindmayer *Kiskunhalasienses*. L. Hársing *Kisujzállásienses*. St. Ipkovich, Fr. Juhász, T. Farkas *Ginsienses*. J. Kápolnai *Mezőkövesdienses*. Br. Légrády, E. Borsay, H. Faragó, E. Tóth, S. Öllős (*Telekianum**), Fr. Takáts (*gymn. Helv. conf.*) *Mezőturienses*. Classis B, II. *Frateriani Miskolcienses*. A. Vukics, S. Ehmman, S. et G. Winkler *Magnacanissanae**. J. Poós, C. Antal, M. Bella, M. Szabó, H. Hünner, C. Ooppel, E. Varga *Scarabantinae**. M. Kónya *Sabarienses**. — In Hollandia: W. Wenstedt, C. v. d. Broek, G. v. d. Hoven, P. Vette, J. Vossen, G. v. d. Valk, J. Spitters, H. Janssens *Kaatshewelienses*. I. Berkvens *Eindhovenienses*. — In Suecia: Br. Sjövall *Christianapolitana**. — In Helvetia: M. Bossard, E. Binkert, A. Iten, P. Kamber, A. Kellenberger, B. Ritter, H. Suter, W. Zürcher, Hr. Schlattér. A. Halter, A. Rüttimann, M. Schwarzenberger, Ph. Züger *Tugienses*. — *Stellula** scholae puellarum indicat

Praemium sorte Carolinae Wittinghof, Tiburtio Barteky, Agneti Salamon, Emerico Scheily, Margaretae Rezső, Eduardo Szabó, Michaeli Szabó, Eleonorae Binder, Elisabethae Bán, Erhardo Noé, Stephano Gátszegi, Josepho Kráhl, Petro Konrád, Joanni Neun, Gustavo Vongrey, Magdalena György, Francisco Csépany, Emerico Kákonyi, Joanni Balázs, Evae Tóth, Francisco Takáts, classis B, II, Soniae et Gabrieli Winkler, Edithae Varga, Gerardo v. d. Hoven, I. Berkvens, Mayae Bossard obvenit.

1. *Quadratum magicum.*
1. 2. 3.

1.				A	A	O
2.				U	R	R
3.				S	S	T

1. Litus. 2. Terra extra urbem. 3. Coniunctio obsoleta.
Petrus Vette disc. Kaatsheuveliensis. (Hollandia).

2. *Quadratum magicum.*
1. 2. 3. 4.

1.					A	A	A	A
2.					A	E	E	E
3.					E	B	B	N
4.					F	R	R	T

1. Legumen notum. 2. Contrarium albi. 3. Contrarium adverbii male. 4. Locus campo similis.

Alfonsus Iten disc. Tugiensis (Helvetia).

3. *Quadratum magicum.*
1. 2. 3. 4.

1.					A	B	E	E
2.					E	R	R	R
3.					R	S	S	S
4.					S	U	U	U

1. «Bos ferus» sic vocatur.
2. Hoc autem est adverbium.
3. Quod valet: «magnum oppidum».
4. Pro reflexivo usurpatur.

Emericus Scheily disc. gymn. Archiep. Bp.

4. *Ad saltum equulei.*

vin	se	cil	Est
li	dif	sum	re.
ip	ce	mum	fi

Ernestus Réti disc. Dombováriensis.

5. *Supplendo.*

..... mecum porto.
..... fit iniuria.
..... signo vinces.
..... pro patria mori.
..... silent Musae.
..... ibi patria.
..... suprema lex esto.

Expletis his sententiis primae litterae nomen poetae Romani dant. *Joannes Kápolnai* disc. Mezökövesdiensis.

6. *Pyramis.*

1 Consonans.
2 1 Exitus multorum substantivorum.
3 2 1 Etiam porcus nominatur.
4 3 2 1 Participium perfectum verbi «utor».
5 4 3 2 1 Gaudium puerorum.

Emericus Kákonyi disc. Colocensis.

7. *Calculus.*

Quomodo possumus scribere numerum «20» quater novenis? *Alfredus Zeier* disc. Lucanensis (Helvetia).

8. *Numeris.*

6 1 2 3 7 8 Quis canit in tragoedia?
9 2 10 11 12 13 Haec nobilis est femina.
2 3 13 4 11 2 In contione quid percipitur?
13 4 3 11 7 10 Pars domus est Italiae.
6 1 13 3 4 13 In hac re potes scribere.
1 5 10 12 7 8 Quid in honorem Dei canitur?

Numeros si litteris
Recte commutaveris,
Ex secundis accipis,
Quis dux praesit Hungaris. O. S.


Nota. Lectoribus minimis: 1—3, mediis 4—6, maioribus 7—8. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistulae ad moderatorem *J. Wagner*, (*Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20*) mittant.

Terminus solutionum: Calendae Septembres.



Belli fulminei novissimae victimae sunt Hollandia et Belgica. Exercitus Hollandiae quinto die certaminis atrocis dedit se Germanis, regina Guilemina cum familia Londinium fugit. Belgae ab Anglis Francisque adiuti adhuc resistunt Germanis.

Principissa Beatrix, nepos Guilelinae reginae.



Corrigenda numeri VIII. (Apr.): pag. 96: pro «ponum» lege: pomum.

O. S., G. Sulzner, E. Réti, E. Kákonyi, I. Mosonyi 15 aenigmata, A. Makkink, Legatio Graeca, J. Bakos, L. Meskó, R. Nowowiejski, G. Bellissima, S. Stephenson, C. Csathó, Missio Ginsiensis, M. Szabó, C. Ács, St. Pivársci, G. Kereszty, partim alia opuscula partim imagines, pittacia, carmina ad modos aptata ad moderatorem miserunt, qui imprimis manuscriptis brevioribus atque tempori aptis utitur. — *M. Horváth, L. Grabits, J. Jeney.* Opuscula vestra mense Junio edentur. Valete!